

Heinrich Rahn


**Collegii Iuridicii in Academia Rostochiensi in Praesens Decanus Henricus Rahne,  
I. U. D. & Prof. Suo & Dominorum Collegarum nomine ad Disputationem  
Inauguralem, Quam ... Dn. Candidatus Nicolaus Meier, Lubecensis ad diem 18.  
hujus Mensis Septembris De Arrestis habebit, Magnificum Dn. Rectorem ... invitat**

Rostochii: Kilius, 1656


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn788273930>


Druck Freier  Zugang





*N. N. - 2 (167.)*





Collegii Iuridici  
in Academia ROSTOCHIENSI  
in Præfens

44

**DECANUS**  
**HENRICUS RAHNE,**  
J. U. D. & Prof.

Suo & Dominorum Collegarum nomine  
ad

**Disputationem Inauguralem,**

Quam

*Virtute & eruditione præstantissimus Dn. Candidatus*

**NICOLAUS MEIER,**

Lubecensis

*ad diem 18. hujus Mensis Septembris*

DE

**ARRESTIS**

habebit,

Magnificum Dn. Rectorem, Dnn. Professores  
ac universos omnium Ordinum Cives Academi-  
cos, cæterosq; Literatos

Amicè & officiosè invitac.

☉(o)☉

ROSTOCHII, typis Hæredum NICOLAI KILLI, Acad. Typogr.  
Anno Salutis 1656,



L. B. S. P.

**N**ihil est in civitate tam diligenter retinendum, quam jus, inquit Cic. Etenim hoc sublato, nihil est, quare exploratum cuiquam possit esse, quid suum, aut quid alienum sit. nihil est, quod equabile inter omnes, atq; unum omnibus esse possit. Verum ut certius atq; expeditius Juris & equi artem ad negocia singula accommodare queamus, adhibendus est usus, sine quo discipline atq; cognitionis fructus omnis perit. Solus est usus, qui facit artifices. Valde namq; errant, qui vel in ipsis legibus, vel involgatis interpretum commentariis omnem terunt atatem, ut inde singulorum negotiorum cognitionem hauriant: non absimiles ei, qui in maris littore sedens, conabatur singulas undas pernumerare donec undas undis trudentibus obrueretur, angereturq; animo, quod eas numero complecti non posset. Et mandat quis si fieri queat, memoria quecumq; à Bartolo Baldog, ac ceteris ejus generis Doctoribus scripta sunt, quota ramen erit portio eorum, qua quotidie inter mortales contingunt, nec ullis adhuc scriptis definita sunt, nec poterunt unquam definiri. Semper enim natura novas edere formas satagit. Et fluxa illarum humanarum conditio, que nullo unquam tempore iisdem potest insistere vestigiis, & cum semper existat, non semper tamen permanet, tum Legislatoribus quandam inferendis legibus perturbationem importat, tum, quod recte se habiturum judicatum est, quodq; firmiter jam collocatum videtur, & exquisita observatione manitum, saepe numero emergentium denuo causarum varietas perimovet. Ex Legum igitur studio preceptorum quorundam, & theorematum universalium, quibus ad judicandum

dam ex equo & bono de singulis negotiis preparatur & infor-  
memur, cognitio tantum speranda est & expectanda. Nam  
de factis hodie contingentibus nulla scribi potuit definitio specia-  
lis, antequam evenirent. Proinde non sufficit Juris scientia,  
juris, sed usus forensis, quem praxin vocant, accedat necesse  
est, simul & causas rite agere, & juste discernere. Juris  
quippe prudentia in actione magis quam cognitione consistit.  
Et tantum scire perhibemur, quantum prestare & facere vale-  
mus. Neque Medici, nec Jurisperiti, nec Imperatores, inquit  
Cic quamvis artis precepta perceperint, quicquam magna  
laude dignum, sine usu & exercitatione, consequi possunt. Si  
ergo verum fateri volumus, iidem solidam possident ma-  
turamque juris scientiam, qui illam civilium negotiorum luce  
jam perfuderunt. Hinc Demades olim interrogatus, quo Prae-  
ceptore usus profecisset? Tribunali, ait, Atheniensi. Novit id  
egregie vir cum etate tum eruditione exacta M. SEBASTIA-  
NUS MEIER scholae Lubecanae Rector; de quo ea ac universa re-  
literaria bene meritus. Hujus enim suavis atque hortatu filius  
NICOLAUS MEIER, paterna virtutis effigies, noster jam  
CANDIDATUS postquam in hac & Belgicis Academiis una atque  
altera studio Juris sedulam navarat operam, per annum Or-  
derndorfi in ditione Hadelensi substitit, & in tractandis  
defendendisq; causis sese exercuit; post ad Tribunal nostra ora  
Mecklenburgica summum, quod Sternebergae est, & Provinci-  
ale vocatur, se recepit, nomenque suum matricula Advocatorum  
dudum inferi curavit, eo animo ut in posterum foro inseruiret,  
& quidquid haecenus ex arte Juris ad didicisset, in succum, quod  
dici solet, & sanguinem converteret. Quamvis vero Patro-  
ni nomen in Judicio jam acquisiverit, eoque ipso dignitatem  
forensis adeptus sit: tamen nec honores Academicos suscipere  
habet. Ad nos enim nuper rediit, ut ad Juris utriusque tam  
Canonici quam civilis gradum summum ascendat, & Doctorum  
titulu

titulo potzatur. Non equidem honorem illum appetit per se, ut sit magnus, hoc enim faciunt ambitiosi & imprudentes: sed ut per eum magis idoneus reddatur atq; exsuscitetur ad virtutem exercendam, ad res praeclare gerendas, ad auctoritatem sibi adversus improbos ac malevolos conciliandam; ad consequendam occasionem, & obtinendam facultatem de Repub. de civibus, de amicis, adeoq; de omnibus bonis bene mereendi. Et hanc quoq; sibi semper studiorum suorum proposuit metam, neq; adhuc questus, ob quem hodie pleriq; student jurisprudentia, ipsi scopus est laboris ac artis, in qua operam ponit: Quia turpe existimat sanctissimam Astringam avaritia mancipare, Rectè omninò. Magna enim nostro seculo corruptela juris ab avaritia manat. Nec aliter fieri potest; cum, qui solum ad lucrum juris disciplinam revocant, utiq; circa finem, & summam rei corruptis iudiciis hallucinantur, ideoq; nihil unquam praeclare sinceriq; hisce studiis effecerint. Tela enim omnia aberrare necesse est, ubi collinatio fallit. Jurisprudentia finis est, non à clientibus stipem colligere, non ex reorum sordibus splendorem quarere, non vocem & fidem fallere, & quacunq; alia, quae fas & nefas confundens, dicitur avaritia, facere; sed licitum ab illicito distinguere, aequi atq; iniqui limites accuratè designare, Reipub. & singulis consulere mores, leges, instituta publica examinare, interpretare, custodire. Quid igitur? adversus Juris Interpretes, aequitatis custodes, boni vindices tam iniqui erimus, ut tam fructuosam industriam suis premiis fraudandam arbitremur? Minimè. Eò enim laborem impendimus, unde emolumenta speramus. Sed multum interest, in additamento, an principali aliquid censeas. Qui divitiarum voto ad Jurisprudentiam accedit, questum sibi pro fine proponit, publicumq; illius fructum accessionis loco numerat, propria verò incrementa, tanquam rem principalem sectatur. Cui deinde errori consentaneum est, ad malefadam lucri illecebram,

A 3


& verita-

Et veritati tenebras offundere, Et iniquitati colorem recti inducere, atq; ut multa paucis dicamus, quævis mala ac perversa in publicum artificiosa fraude, in dedecus Jurisprudentia ac perniciem justitiae, avaritiae instinctu committere. Sapiens Senecæ ejus farina homines ita describit: Mercatores & venales invicem facti, quærunt, non quale sit quid, sed quantum, ad mercedem pii, ad mercedem impii. Honesti, quamdiu aliquid illis spei inest, sequuntur, in contrarium transitori, si plus scelera promittant.


Neg; vero lucri cupiditas minus impedit scientiæ integritatem, quam sinceritatem usus corrumpit. Ipsaq; Themis tam sordidos dedignatur cultores à quibus ad questum prostituenda sollicitatur. Nunquam enim plenam liberalemq; scientiam assequuntur, qui in questu duntaxat occupati sunt. Siquidem avaritia ducti, vel seducti potius, festinant, ut cruda adhuc studia in forum propellant: tantumq; ex Jurisprudentia rude aliquid & vulgare detrahant, quo instructi, litibus excidandis intricandisq; sufficiant. Saltem à limine Justitiam salutant, nec in adyta ejus penetrant, ubi rationes legum à perenni: equi & iniqui fontibus repetite solidam maturamq; scientiam suppeditant. Nec deniq; leges, quæ Rempub. gubernant mores informant, & affectus comprimunt sed ad litigium conducentes solum regulas & rancida quaedam interpretum commentaria, tam vilibus abjectisq; animis cura sunt. Tantum ad corruptelas & perturbationem vite affert perveritate voti depravatoq; judicio descivisse à prudentiæ civilis vergermanosq; sine. Qui ergo dulcedine solius lucri illecti ad Juris & equi artem animum appellunt, ne illi ad ista sacra profani sunt, & inepti. Verum non ita profanus non ita ineptus nec sordidus est noster CANDIDATUS, MEIERUS. Idcirco plura ea de re hic loci verba facere super sedemus & ad id, unde digressi sumus, revertimur. Petiit à nobis obnixè Dn. Mejerus honores Doctorales. Eamq; ob causam pro more

je subjecti examini nostro privato, quò rite & bene peracto, ad publicum ut procedat, lex & mos Academicus exigunt. Neq; hoc saltim, sed volunt etiam Antecessorum nostrorum sancita, ut ipse materiam edat & proponat, ex quo docti publicitus cum illo conferendo, profectus, quos in studio Juris fecit explorant & excutiant. Elegit autem argumentum, usitatum quidem, at barbarà voce dictum ARRESTUM; alias & magis latine, manuum injectio, impedimentum, interdictum appellatur. Lis est inter Dd. an de eo quicquam reperiatur in jure nostro Romano? Et sane vix ibi illius occurrunt vestigia, nisi ex eo eliciantur, quod si periculum sit; ut damnum datum à bestia non recuperetur, & dominus sit ignotus, animal, à quo damnum illatum est, liceat retinere; & quod debitorem fugam suspectum vel fugitivum ejusve pecuniam sibi & capi permittatur. Id quod Lex 12. tabular. ita exprimebat: Si calvitur, pedemve struit, manumendo facito. b. e. Festo interprete, si fugit manum injectio. At arrestum tam arctis finibus non concluditur, sed latius patet, neq; ad necessitatem ubiq; restringitur, ejusq; usus sepius in sola agentis utilitate consistit. Quà ratione Ictorum non pauci permoti asserunt leges nusquam hujus inhibitionis mentionem facere: nisi dicamus in duodecim, jam dictis, tabulis exemplum extare, quando illa, teste Agell. lib. 20. cap. 1. confessis convictisq; debitoribus triginta ad conquiendam pecuniam dies concedebant, intra quos si non solverent es alienum, fiebat manuum injectio, & nervo atq; compedibus vinciebantur. Quam tamen duritiem jus nostrum non admittit, sed prohibet potius, ne homines privati debitores suos, tanquam jumenta, ergastulis includant; præterquam quod integrum sit oharatos & decoctores prehendi & carceribus includi. Constat sanè omnium actionum instituendarum principium ab ea parte edicti proficisci, qua Prætor edicit, de in jus vocando. Ideoq; creditor ab arresto seu executione, in verso juris ordine incipere non potest: sed ante convincat debitorem, quam

quam ad solutionem adigat, ne commoditate possessionis, & quasi libertatis sua fruitione privetur. Hinc iudex à precepto incipiens, partiq; adversa deliberationis tempora denegans, nulliter agit, & contra iura. Quia executio, cuius species est arrestum, fit officio iudicis mercenario, quod sententia deser- vit, neq; prius nascitur, quam sententia transeat in rem judi- catam. Sunt quidem casus, in quibus rerum necessitas effi- cit, ut ab executione fiat initium, & ante etiam iudicatum, æquidatis intuitu, permittatur manuum injectio seu detentio. Eò si respicias fatendum erit arrestationem juri communi esse conformē, seu potius ex eo prodire. Quatenus verò ulterius pro- greditur, & ad quamcunq; p̄nd personam sive causam se porri- git scriptis cum legibus vix convenit: sed usu demum, à necessti- tate atq; utilitate magistris introducta est, usu invaluit, usu in legem abiit. Usus enim longæ usus, seu inveterata consuetudo, non immerito pro lege custoditur; præsertim illa, quam in Re- pub observari, crescens indies hominum malitia, atq; perfid- dia postulant. Quid verò sit ARRESTUM, quando & que modo rectè usurpetur, demonstrabit pluribus Domini Candi- dati Disputatio inauguralis, quam de eo conscriptam ad diem 18. hujus Mensis Septembris omnium eruditorum examini exponet. Age ergo Magnifice Dn. Rector; agite Vni Profes- sores, Doctores, Licenciati, divini verbi Pracones; agite om- nium ordinum Cives Academici, Literati, & quotquot au- ditis literatorum fautores: adeste & favete animis, linguis, auribus. Disputantem vel benigne audite, vel benevolentia so- lida sublevate, vel etiam theses illius ad examen artis exigite. Quod si feceritis, tum de Candidato & eiusq; Parente, viro in stu- diis humanitatis & litterarum versatissimo optimè demerebi- mini, tum magnam à nobis nostrorq; Collegio inibitis gratiam. Nos quoq; omnem movebimus lapidem, ut beneficium apud memores gratosq; vos deposuisse, cognoscatis. V. Scriptum & Sigillo nostro munitum, VII. die Septembr. Anno reparata salutis c̄to lxx LVI.









von der Deutschen Juris

ret ap. Maderum in Epistolis Caroli IV. Gerv  
tioni de Imperio Romano annexis S. 24. p. 116  
Johanne Zachariae stehet in des Johannis  
Archi-Comitum Oldenburgensium:  
tissimus Magister Johannes Zachariae de conv  
mus Theologus & NB. Utriusque Juris Vir  
pora Erfordia & alibi, quam maxime autem in  
doctrinam & elegantiam clarissimus fuit, & A  
fecit. Da nun dieser Magister Johann  
Consultissimus, dem im Anfang des funf  
nem Costnitzchem Concilio beygewohnet  
alter Mann gewesen, (wie er im besagtem  
so muß er wol schon im negstvorigen vierze  
rühmt gewesen seyn. Vermuthlich wird  
Zachariae mehrere Nachricht finden in den  
riae Concilii Constantiensis. Vom  
daß er, da er noch Pfalz Graff im vierzehen  
seiner Erfahrungheit in denen Rechten Justit

S. 15.

erner zu Zeiten des Italianischen Juri  
zehenden Seculo gelebet, haben zu Bononi  
Schule Römischer Jurisprudenz, an die  
gehalten, worunter eine große Anzahl Deu  
den; wie Odofredus, Scriptor Coævi  
mann. in Dedicacione Commentarii ad Instit.  
mehro nicht gezweifelt werden, daß Irneriu  
und so gar nach Constantinopel, die Rechte  
es also nicht unwahrscheinlich, daß auch an  
Zweigs halber, sich in die Fremde nach It  
nach Constantinopel begeben. Denn solch  
See, waren damahlen, wegen der Creuzzüg  
in Deutschland üblich und gewöhnlich, wie  
becensi zu ersehen. Sehr wol hat Anton  
nassi Ticinensis angemercket, daß Käyser Fi  
Promulgation der Authentica habita d  
Deutsche Jugend nebst der Italianischen na

33

69  
Commenta-  
n Magistro  
Chronico  
egias & Do-  
si, eruditissi-  
per hac tem-  
modo, ob ejus  
experimentum  
Juris Vir  
uli gehalten  
len schon ein  
annt wird)  
Seculo be-  
m Joanne  
us Histo-  
st bekandt,  
sen, wegen  
worden.

der im dreys  
bekandten  
ten sich aufs  
sich besum  
hm Hott-  
wil ja nu  
er gewesen,  
eiset. Ist  
, gleichen  
wol weiter  
derlich zur  
Land, auch  
oldo Lu-  
istor, Gym-  
b. bey der  
habt, die  
lien in I  
talien

